



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Capvt Ad Dvos Harvm Instructionum libros pertinens.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

De Candelabris cœnotaphij.

CAPVT AD DVOS HARVM
Instructionum libros pertinens.

Candelabra cœnotaphij ex ferro cōfluentur; altitudine consente cubito rum duorum & dimidij, sustentantur firma base, que instar tripodis, aut alterius firmioris generis sit, ne forte p̄pondere & longitudine cereorum facili corrunt: orbem præterea è lamina ferrea conflatum à superiori parte habeant; cuius orbiculi extremitas sum reuocata, ceram defluentem contineat.
Super hoc item orbiculo apex ferreus inlatus extet, cui vasculum inseratur, ad cereos excipiendos apte accomodatum.

De alia Suppellec̄tis instrumen-tali.

Cabit qui ex vucijs vigintiquatuor confat quarta pars vniuersitatem delineata, hæc est.

Tripus ad thuris adolendi vsum, cum Missæ, & Vesperæ solenniter fiunt, è patella, aut vase focario constet, in quo ignis, pruna ve accensa, teneatur: è ferro autem, aut ex aurichalco sit. Cui tripodi adiungatur etiam cochlearum cum manubrio adunco & foreipe ad prunam excipiendam.

Vasa in quibus oleum, ad vsum lampadum recondetur, è lapide sint; aut è querno saltem ligno soperculis item cōfient apte compositis. Guttus olearius, in quem scilicet è vasibus oleum infunditur, è stanno, aut saltem ex ferrea lamina tenui confectus, ore satis patulo sit; è quo oscillum excitetur rostri instar, per quod tenui fluxione oleum in lampades transeat.

Infundibulum eiusmodi sit, quo oleum ex vasibus lapideis querneisve haustum in guttum effundatur: cuius infundibili manubrium extremum reflexum sit, ut appendi possit.

Hæc de Ecclesiæ fabrica, tum interiori tum exteriori, ac de suppellec̄tis præterea ecclesiastica ratione formaque, duobus harum instructionum libris nos complexi, edimus ad Prouincie nostræ vsum.

In omni autem (vt decretis provincialibus facitum est) ecclesiæ, cappellæ, altaris, ædificijq; alterius ecclesiastici destructione facienda, instauranda, refacienda, in omni ecclesiastico ornatu, & sacræ suppellec̄tis apparatu, ratione ac forma etiam his instructionibus quo cunque modo demonstrata præfinitave, ab ijs quorum interest, Episcopi sui iudicium, & consilium, assensuq; adhibetur; vt cum omnia ad diuinum cultū pertinentia illius iudicio dirigantur; tum ipse etiam accuratè videat, vt omnia & singula, quæ his duobus libris comprehensa aut demonstrata sunt, q̄oad eius fieri potest, recte conformatur harum nostrarum Instructionum præscriptis.

Quoniam verò quæ hoc & illo superiore libro præscripta sunt, præ sumptibus, aliave difficultate, in unaquaque ecclesia non omnia singulare statim & uno eodemque tempore præstari fortasse poterunt: idem Episcopus pro sua prædictione dispicet ac statuet, quæ primum, quæ deinde magis necessariò paranda conficiendave, quæ post item, & quæ ultimo loco pro ecclesiariū ratione, prædicta opportunitate præstanta ordine sint, siue ad fabricam, siue ad suppellec̄tis modum vsumque pertineant: ita vt demum quantum fieri potest, singula Ecclesiæ, Capellæ, Altaria, & partes etiæ singulare ædificatae, restituere, instaurare, instructare, exornareq; sint ad harum instructionum præscriptum.

R E-